



**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacrae Theologiae Professoris, Et sanctae Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtutibus,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens septem Tractatus
Theologiae Moralis praecipuos. Primus, in ordine septimus, est de Oratione
... Septimus, & latissimus, de Beneficiis Ecclesiasticis

Castro Palao, Fernando de

Lugduni, 1669

Qualiter acceptatione, & possessione iuridica beneficium acquiratur.
punct. 32

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76561](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76561)

videtur; eo quod dicta regula solum triennialis pacifica possessio requiratur absque villa tituli mentione: & cum sit conditio favorabilis ad evitandas lites, & calumnias, late est interpretanda, ita ut quilibet possessionem pacificam sive non cum titulo, sive absque titulo comprehendat. *Arzot supra, vers. secundo queritur.* Tertia conditio est, ne subrogatus in locum defuncti impetrationem beneficii fecerit, vivente illius possessore, maxime si senex, vel infirmus fuerit. Et idem est si impetrauerit ob priuationem, vel remotionem, antequam de criminibus fuerit sententia non solum definitiva, sed quae transierit in rem iudicaram beneficii possessoris condemnatus.

4 Mandol. in *praesenti, quast. 6.* existimat non quamlibet impetrationem beneficii impedire subrogationem, sed illam solum, quae fuerit de beneficio possessore a senex, vel infirmo, aut simili. Quia in hac datur locus malitiae, & calumniae, & occasio mortis captae, & praeterea, quia si de quorumlibet vivientium beneficiis impetratio intelligeretur, ut quid regula expressit senis aut infirmi beneficii impetrationem? Item est Pontifex cuperet eorum, qui vivientium beneficia impetrans, fraudibus obviare, de facto solum subrogationem prohibuit illis, qui beneficium impetrauit vivente possessore in casu senectutis, vel infirmitatis, aut simili impedimento, qui colligitur ex illis verbis, *illo vivente in casibus promissis, vel similibus impetrauit, & non sunt in regula alij casus praemissi, nisi senectutis, aut infirmitatis.*

Ceterum haec doctrina Mandosij admittenda non est, ut pote contra verba regulae, & contra eius intentum. Regula namque quorumcumque vivientium impetrationem expressit illis verbis. *Cupiens* (scilicet Romanis Pontifex) *eorum fraudibus obviare, qui vivientium beneficia, illorum praesertim, quibus prosperum, aut propter infirmitatem imminet vita periculum, impetrant, ut illis decensibus, tanquam colligantur in illorum iuribus, facilius subrogentur, voluit ut deinceps nullus in iure, vel ad ius beneficium defunctis quod illo vivente in casibus praemissis, vel similibus impetrauit, aliquo modo subrogetur.* Cum enim particula *praesertim*, implicauerit, casum expressit minus dubitabilem, & casus magis dubiales comprehendit, ut in *cap. cum contumacia, de hereticis, in 6. & reg. 1. §. pater, vers. sed maxime, ff. de collatione bonorum, & tradit Glossa in leg. vlt. vers. praesertim, ff. de liber. hom. exhibend. Menoch. lib. 3. de arbit. casu. 436, num. 19. referens Decium in leg. qui, se patris. num. 60. Cod. unde liberi, & Socia. Junior. consil. 30, num. 41, lib. 1.* Item non satis Pontifex obviaret eorum fraudibus, qui vivientium beneficia impetrant, si solum impetrantes beneficia senum, & infirmorum priuatione subrogationis puniret. Deinde finis, ob quem subrogationem annullat illorum, qui beneficia senum, & infirmorum impetrant, est ne lites malitiose excitentur, neve novi aduersarii colligantibus dentur, ut constat ex initio regulae, ibi *Litium succedere cupiens insanus, & ne novi colligantibus adversarii dentur, sed haec ratio procedit in cuiuslibet vivientis beneficii impetratione. Ergo.*

Neque obstant rationes pro Mandosio adductae. Negamus namque solum in impetratione beneficiorum, senum, & infirmorum adesse fraudes, & malitias posse, cum in aliis adfuit, esto non ita efficaciter, eaque de causa impetrationem beneficiorum, senum, & infirmorum expressit Pontifex, sicuti etiam expressit in petrationem beneficii illorum, qui de criminibus priuatione dignis perpenatis arguuntur.

5 Ad quae vero subrogatio se extendat, pendet ex concessione, si enim subrogatus in litem & ius defuncti, nulla mentione facta possessionis, non censeris in eius possessionem subrogatus. *argument. legis. Pomponius, §. quastum, & leg. cum heredes, ff. de acquirend. possess.* Et ratio esse potest; quia hoc scriptum non ambitiosum sit, strictam habere debet interpretationem, At si subrogatus in omne ius, quod defuncto quomodolibet conveniebat, in possessionem ipsius censeris subrogatus: quia verba illa generalia non solum ius proprietatis, sed possessioni comprehendunt: sic relatis Mandosio q. 7. & Gomezio q. 9. aliis tradit *insti. moral. l. 8. c. 32, circa sextum quastum, q. 4.* Tenor autem subrogationum novarum, ut testatur Hieronym. Gonz. *ad reg. 8. Cancellaria, §. I. proximal. n. 39.* est, ut subrogatus litem, & ius defuncti, ad illius possessionem admittatur.

6 Ex vi huius subrogationis succedis in ius, & possessionem illius, cuius loco subrogatus, ita ut ius, & possessio praedecessoris in te translata sit a puncto subrogationis.

7 At si subrogatio gratiosa sit, ut in possessionem immitaris, non tenetis gratiam verificare, sed solum te clericum esse beneficii litigium, illius vacationem, & defuncti possessionem; quia iis verificatis nemini sit iniuria, si tibi ius, & possessio defuncti concedatur. Et idem est si beneficium fuerit Pontifici referuatum, vel affectum. Garcia pluribus Rotae decisionibus comprobans, *6. part. de ben. se. cap. 4. a. num. 1. & seqq. Gonz. §. proximali. 7. a. num. 211.* colligantibus enim parum interest cum vno, vel alio possessore causam expedire. Nulla igitur e, neque alteri sit iniuria, si in possessionem defuncti mitaris, ex eo tantum quod de clericatu, litigio, vacatione, & defuncti possessione doceas absque alia verificatione.

8 Excipe tamen, nisi par titulus ab alio produceretur, hoc est, nisi alius concurreret a Pontifice subrogatus. Nam in illo casu impeditur a possessionis immisione, & subrogatio executioni mandati non potest, sed iure ordinario procedendum est & gratiam tuam verificare tenetis, ut insuper posui, in praxi debeat: sic alii relatis docet Gonzalez *supra num. 244. Garc. n. 35. ex doctrina Barr. in leg. 1. C. de edicto D. Adriani videndo, n. 21.*

Sublimitat vero hanc doctrinam Gonzalez aliis relatis, ut procedat, cum impediens veniret cum gratia obventa ex eadem vacatione, secus ex diversis, quia si diversa est, non debet ceteri par titulus. Verum, ut recte Garcia *supra*, si procedas ex diversa vacatione possessionem beneficii adeptus esset, necessatio audiri debet, antequam tu virtute subrogationis gratiose in possessionem mitaris, quia est legitimus contradicitor: & iniuria illi fieret, si inauditus expelleretur. Quod si is, in cuius locum subrogatus, possessionem non habuit, nequaquam immittere potes in possessionem vigore subrogationis factae. Aliis subrogatus plus gratiae consequeretur ex vi subrogationis factae, quam habere is, in cuius locum subrogatur. Quod est absurdum, ut dicit Castador. *decis. 1. ut litem pendente, Roma decis. 10. eadem tit. in novis.* Quapropter in hoc casu debet ius ordinario, & non executivo procedere. Achilles *decis. 2. de probat. Mohedan. decis. 106. & 104.* Et idem est, si defunctus spoliatus a possessione decesserit, tu vero subrogatus ad actionem, & prosecutionem spoli, nequaquam vi subrogationis obtinere possessionem posses, quia non est maior gratia tibi, quam auctoritate concessa, sed ordinariè, & non executivè procedere tenetis. Garcia *6. p. de benef. c. 4. n. 36. circa finem.*

Verum si subrogatio rigorosa sit, cum haec solum sit mandatum de subrogando, verificare gratiam tenetis, Garcia *supra, n. um. 1.*

PUNCTUM XXXI.

Qualiter acceptio, & possessio iudiciali beneficium acquiratur.

1. *Acceptio beneficii, qua ius in beneficium confert, fieri potest per procuratorem habentem speciale mandatum.*
2. *Quid dicendum de ratihabitione.*
3. *Mandatum de acceptando beneficia laici dari potest.*
4. *An beneficiarius post acceptationem beneficii post propria auctoritate beneficii possessionem accipere? (Proposuitur casus)*
5. *Possessio beneficii accipi potest a beneficiario, & ab eius procuratore habente speciale mandatum ad beneficia.*
6. *Procuratorem generaliter constitutum non videtur posse possessionem beneficii accipere.*
7. *Quomodo beneficii possessio acquiratur.*
8. *An per investituram in beneficium conspectu acquiratur beneficii possessio? Videtur acquiri.*
9. *Speciato iure nostri regni id certum est.*
10. *Apprehensa possessio beneficii in Ecclesia, & omnium, quae ad beneficium pertinent, censetur apprehensa.*

Ponimus ex omnium sententia collationis acceptationem beneficii titulum acquiri, iuxta textum in *cap. rivo, de concess. praebenda, in 6. & cap. si tibi absenti, de praebendis, eodem lib. sed dubium est, qualiter haec acceptatio fieri possit? Dico, dum est fieri posse per procuratorem speciale mandatum habentem ad acceptanda beneficia, tamen si in particulari non nominetur beneficium, quod acceptandum est. Quia beneficium esto onerosum sit, tamen vile beneficiario, sufficit ergo hoc speciale mandatum, ut in collationem mandans censetur consentite consentiente mandatario. Ioannes Andreas, *Imola in cap. accedens, de praebendis, & alij plures, quos refert, & legitur Covarruv. libro tertio variar. cap. 16. num. 4. Valquez specul. de benef. cap. 4. §. 4. dub. 2.* Quod non solum habet iuratum in acceptatione beneficii simplicis, sed etiam curati sic Covarruv. & Valq. *supra.* At hoc intelligendum est casu, quo mandatum illud speciale esset sub signo vniuersali, nempe ad quolibet beneficium quia signum illud vniuersale omnia, vel quolibet, distrahit mandatum, ut supponat pro beneficiis tam simplicibus, quam simplicibus, & qualificatis. *leg. omnes populi, ff. de iustitia, & iure, leg. restatorem, §. ff. de legat. 3. & plurius exorat Gonzalez ad regul. & cancell. gloss. 6. a. num. 2. c.* Neque obstat, *cap. cum in illis, de praebend. lib. 6. vbi appellacione beneficiorum non tenentur curata in mandato de providendo, tamen sub signo vniuersali concessum sit.* Quia hoc mandatum ambrosium est, & restringendum, secus mandatum procuratoris ad acceptandum.*

2. Quod si aliquis sine tuo mandato speciali beneficium tibi absenti collatum accipere, tuum non est, quousque raram habeas acceptationem, quia illa acceptatio, utpote facta a non habente potestatem, nullus est valoris. At postea ratihabitione beneficium tuum est, quia illa ratihabitio, est clara beneficii acceptatio.

DE
SAS
PAL
TO

ceptatio: imo plures doctores, quos Cou. lib. 3. *variar. c. 16. n. 5.* sequitur, affirmant ratihabitionem illam praestare, ut illud beneficium efficiatur tuum à puncto acceptationis. ex *reg. tribu. bijnem. 10. de Regul. iuris. in 6.* que retrorahitur, & mandato comparatur, confirmantque ex *cap. voluit. de iur. iur. da. in 6.* Verum hæc extensio mihi non probatur, sicut neque Abbati in *cap. accedens. de prebendis. colum. 2.* Valq. *opusc. de benef. cap. 4. §. 4. dub. 3.* Quia ratihabio non potest retrorahi ad causandum effectum, tempore quo ipsa non est. Ergo non potest collationem firmam, & irrevocabilem facere, iulque beneficiario concedere pro tempore, quo sit acceptatio sine mandato: quia pro illo tempore ipsa non erat. Neque est verum in omnibus ratihabitionem retrorahi, & mandato comparari, sed solum in aliquibus casibus, à præsentis institutio ducens, ut expendit Gloss. in *supradicta reg.*

Deinde mandatum ad acceptanda beneficia dari potest laico, & aliis beneficiarum incapaci: quia ipse non sibi, sed mandati beneficium acceptatio alios referens Couarr. lib. 3. *variar. cap. 16. sub num. 4.* Valq. *opusc. de benef. c. 4. §. 4. dub. 2. fin.*

Postea legitima beneficij collati acceptatione est questio, an hic beneficiatus absque iudicis officio possit corporalem benefici possessionem apprehendere? Quam questionem eleganter dissolvit Couarr. *dicto lib. 3. var. cap. 16. à num. 7.* aliquibus casibus, quos brevitè compilat Valq. *de benef. cap. 4. §. 4. dub. 5.*

Primo namque affirmat Couarr. si prælatus, qui tibi contulit beneficium, potestatem habet tradendi corporalem illius possessionem, & cum contulit beneficium, aliquo te signo investit, scilicet pileo: tunc videtur potestatem tibi concedere corporalem possessionem apprehendendi, modo beneficium occupatum non sit ab alio. Et ratio esse potest: quia illa investitura facta à potente tradere possessionem, ceteri debet vel ipsius possessionis traditio, vel saltem facultas possessionem apprehendendi: si quidem ad perfectionem collationis necessaria non est. Dixi, si beneficium ab alio occupatum non sit: nam si beneficium occupatum esset, non est verisimile velle prælatum, ut illum inauditus à possessione remoueat. Quia id iure facti non potest. *leg. si quis in tantum. Codic. unde vi. §. leg. ex. tit. ff. quod vi, metusue causa sit.* Exceptio, & defensio possessori deneganda non est, cum possit multis modis cum defendere, ut bene dicit Azor. 2. *part. instit. mor. lib. 5. cap. 19. quæst. 9. circa finem, versic. aliter tamen.*

Secundo affirmat idem Couarr. eum qui canonicam beneficij collationem obtinuit absque investitura, esse possessionem propria autoritate capere non possit beneficij vacantis, tamen si eam accipiat, non contrahere penas relatas in *cap. eum qui de prebendis in 6.* Nam in prima parte illius capituli, ut legenti constituit, prius beneficium curato possessio, qui in simile intrudat, vel violentè occupat; qui autem cum legitima collatione possessionem beneficij vacantis, propria autoritate apprehendit, non est intrusus, neque est violentè occupator, ut *puncto leg. in fine*, dicemus. In secunda vero parte illius capituli violentè occupatores damnantur. Ergo ubi nulla est violentia, neque intrusio, locum non habet supradicti textus penaliter dispositio.

Tertio docet Couarr. spectari communi sententia, quam tradit Panor. in *cap. transmissum de electione. Rebuff. tractat. de benef. Rub. de missione in possessionem, numero quinto*, supradictam habentem legitimum beneficij titulum, & propria autoritate possessionem beneficij à nemine occupatam apprehendentem non esse vlla pena dignum. Nam in *dicto cap. transmissum*, decisum est post confirmationem, quæ titulum tribuit, posse confirmatum administrare, & officium dignitatis exercere: Neque tibi cauerit possessionem à iudice dandam fore. Verum etiam in *suprad. cap. transmissum*, nulla mentio possessionis fiat, id est, quia ad iurisdictionis exercitium, spectato iuris rigore, possessio non requirebatur; at inde non inferat confirmatum propria autoritate accipere possessionem posse. Quia in *cap. ad hac, §. in quadam, de officio Archidiaconi*, decidit ad Archidiaconum pertinere mittere institutos ab Episcopo in beneficiorum possessionem. Et in *cap. licet Episcopi de prebendis in 6.* Episcopo conceditur, ut in possessionem mittat beneficiatos, sublata per consuetudinem Archidiaconorum in hac parte potestate. Ergo si quidam est institutus hanc potestatem datam non esse, & ita tradit plures, quos supradicto loco refert Couarr. Quocirca, ut bene ipse aduertit, potest prælatus possessionem propria autoritate accipientem beneficij vacantis punire, pena quidem non admodum graui propter auctoritatem communis sententia, quæ id permissum esse censuit. At possessio sic capta, esto illicito capta fuerit, valida est, & iustitæque possessionis effectus habet; quia est capta ab eo, qui legitimum titulum habet, & nullibi inueniunt irrita.

Quo autem possessio apprehendenda sit? Constat apprehendi posse non solum ab habente canonicam titulum, de quo clarum est, sed etiam ab eius procuratore speciale mandatum habente ad beneficia: quia illi virtute illius mandati potest

collatum beneficium acceptate, à fortiori poterit illius possessionem accipere: si quidem possessio ius non confert, sicuti confert acceptatio.

6. Difficultas est, an procurator generaliter constitutus possit possessionem beneficij acceptati apprehendere? Affirmat Couarr. *dicto lib. 3. var. cap. 16. n. 9.* & Valq. *de benef. cap. 4. §. 4. dub. 6.* eo quod talis possessio ad factum pertinet, & non ad ius. Non ergo mirum est, si à procuratore generale mandatum habente obtineri possit.

Verius tamen videtur speciale mandatum requiri. Nam esto possessio beneficij accepti ius non concedat in beneficio (quod certe sub lite est) est tamen acceptationi beneficij accessoria, & illius perfectio & complementum. Ergo imitari debet naturam illius, cui accedit. Cum ergo ad acceptationem beneficij requisitum sit, ut procurator habeat speciale mandatum, etiam in possessione requirendum est: & ita tenet Gloss. in *c. si tibi absenti, de prebendis in 6. verbo habuerit Imol. in l. 1. §. per procuratorem ff. de acquir. poss. §. l. qui mihi donatum ff. de donat.*

7. Sed quomodo beneficij possessio acquiratur? Respondet optime Couarr. *d. cap. 16. n. 10.* necessario acquiritur corporali inductione; traditione beneficij, neque sufficere investituram datam à potente tradere possessionem, signo aliquo manifestam, scilicet pileo, libro, aut annulo: quia hæc investitura solum opere confirmat collationem, seu institutionem verbo factam, vel saltem dat licentiam, & facultatem ipsi instituto, ut beneficij vacantis possessionem apprehendat, non tamen est ipsa beneficij possessio, quæ corporalem traditionem beneficij expulsiat. *c. ut nostrum, c. ad hac §. in quadam, de officio Archidiaconi, & tradit Glossa in c. cum nostris, de concessione prebende, verb. plus habet. Et in c. auctoritate, de institut. Et in c. ex ore de his qua sunt à maiore parte capituli. Et in c. accedens, de prebendis. & pluribus aliis firmat Couarr. supra.*

8. Ab hæc doctrina excipit Couarr. casum, quo daretur investitura beneficij vacantis in beneficij conspectu: siue hæc investitura fieret, dato, traditioque annulo, libro, pileo, aliove signo, siue verbo tenus tradatur possessio, probaturque duplici argumento, primo desumpto ex *l. quod meo §. si venditorem ff. de acq. poss. vbi conceditur possessio rei emptæ, si in domo ementis deponatur, etiam si ab emente tacta non fuerit, & possessio fundi vicini fundo ementis, si ex turri existente in fundo ementis aspicitur.* Ergo similiter dari poterit, & concedenda est beneficij vacantis possessio per investituram, seu traditionem beneficij vacantis absque corporali apprehensione. Secundo probat Couarr. ex *l. clauibus ff. de contrahend. empr.* vbi traditio clauium in conspectu horreorum facit, ut possessio omnium illorum, quæ in horreis includuntur, acquiratur. Nam ad acquirendam possessionem horrei sufficit clauium traditio vbiunque fieret; quia est traditio instrumenti, quo res continetur, ut bene pluribus relatis firmat Tiraquel. in *libello de iure constituti 2. p. amplias. 7.* Couarr. *dicto cap. 16. n. 11. vers. ceterum iuncto num. 12. vers. id vero.* Sed ad acquirendam possessionem illorum, quæ in horreo continentur, oportet apud horrea fieri clauium traditionem.

Verum hæc argumenta non probat Valq. *de benef. cap. 4. §. 4. dub. 7.* eo quod lex in eo non solum expulsiat ad acquirendam possessionem fundi empti, quod emptoris conspectu emptio celebratur, sed etiam quod emptor illum habeat vicinum suo fundo, ita ut pedes figes in suo fundo, reputetur figere in fundo empti, qui suo est contiguus. Ceterum absque firmo fundamento communi sententia Valq. cõtradicit. Nam *lex quod in eo §. venditorem*, non probat fundum emptum contiguum esse cum fundo emptoris, sed solum ex fundo emptoris prospici, eique vicinum esse, inquit enim lex, *aut si vicinum mihi fundum mercatum, venditor ex meo turri demonstrat, & vacuam possessionem se tradere dicat, non minus possidere capsi, quam si pedes finibus intulisset.* Potest autem fundus emptus vicinus esse, & prospici ex fundo emptoris, quin sit contiguus. Ergo sine fundamento asseritur debere esse contiguum fundum emptum, ut censatur per emptionem factam in eius conspectu traditum, esse possessionem. Præter ea, quia iuriconsultus non tam vim facit in eo, quod fundus emptus sit vicinus fundo emptoris, quam in eo, quod venditor illum emptori demonstrat, & vacuam possessionem se tradere dicat. Adde legi *clauibus*, non posse supradictam doctrinam Valq. aptari: ubi enim traditur possessio mercium in horreis incluserunt, ex eo quod apud horrea clauis tradantur, sed merces, & horrea non habent vllam contiguitatem cum bonis emptoris. Ergo hæc contiguitas non requiritur.

9. Sed quid sit de dispositione iuris communis civilis, spectato iure nostri regni, possessio cuiuslibet rei conceditur, tamen illius traditio verbo tenus fiat modo fiat in conspectu eius: sic habetur in *l. 3. tit. 3. p. 3.* Quod idem in beneficiis dicendum est: ut notauit Valq. *dub. 7. circa finem.*

Secundo excipit Couarr. *d. c. 16. circa finem.* casum quo propter pestem, vel aliud impellimentum non sit liber accessus ad beneficium. Tunc inquit Couarr. per solam traditionem beneficij ab eo, qui possessionem concedere poterat, confertur facta possessio realis traditio: probaturque ex *leg. si finit 23. §. illud ff. de dona. infecto, cum vnus §. vbi, & l. quamuis ff. de bonis aut hor. iudic.*

possident, e. corrigi. de dolo & contumacia quibus cauetur (inquit) executorem iudicis isentis aliquem mitti in possessionem alicuius rei posse eadem possessionem tradere, vel in conspectu rei, vel extra ipsum conspectum, si non est tutus ad ipsam rem accessus ob potentiam, occupationem, & vires alterius, modo aduersus illum lata fuerit sententia iuris ordine seruato, cum alioquin possessione, quam habet, priuati non possit. consentit Valq. de benef. esp. 4. § 4. dub. 7. in fine.

10 Aduertur tandem Couarr. aliis relatis dicto lib. 3. var. c. 16. num. 13. apprehensa possessione beneficii, aut dignitatis in ipsa Ecclesia, cuius titulum, & nomen dignitas, seu beneficium habet, censeri apprehensam possessionem omnium ad dignitatem, vel beneficium pertinentium Nam licet Ecclesia pastoris, aut beneficiario careat, continet tamen omnia ad beneficium, seu dignitatem pertinentia. Ergo apprehensa possessione beneficii in ipsa Ecclesia, censetur apprehensa omnium, que ad beneficium pertinent. Secus vero dicendum est, si apprehendatur possessio alicuius rei singularis ad beneficium pertinentis, non obinde sequitur reliquarum possessionem apprehendi, tamen nomine alicuius rei possideatur quia vna res singularis cetera non continet. consentit Valq. supra. dub. 6. in fine. & clarè colligitur ex h. cum heredes. ff. de acquir. possell.

P V N C T V M XXXIII.

Qualiter possessione de facto, licet non de iure, ius in beneficium acquiratur.

- 1 Possessio ex mala fide nullum ius concedit.
- 2 Ex possessione bona fide absque legitimo titulo ius in beneficii acquirere videtur. Et expenduntur regula Cancellaria.
- 3 Verius est neque annali, neque triennali possessori titulum in beneficio concedi.
- 4 Annali & triennali possessio exceptionem aduersus molestiam. Et beneficium impetrantem concedit.
- 5 Explicatur regula de annali possessore.
- 6 Defendit hac regula possessorem alias inhabilem, & incapacem, dum inhabilitas non exprimitur.
- 8 Coram ordinario non sunt exprimens conditiones relaxari in reg. de annali possessore.
- 8 Explicatur regula triennalis possessoris.
- 9 Defendit ne hac regula triennales possessores pacificos alias inhabiles, preter inhabilitatem simonia, & intrusionis. Negant plures. Probabilis est oppositum.
- 10 Probabilis est ad hanc exceptionem non esse in possessoribus bonam fidem requisitam.
- 11 Explicantur exceptiones simonia & intrusionis.

Dupliciter beneficium possidere de facto potes. mala, vel bona fide. Si mala fide possideas, certum esse debet nullum in beneficio te ius acquirere, quantumuis longissimo tempore possideas. Tum quia mala fidei possessor nullo tempore prescribitur. cap. possessor. de reg. iur. in 6. Tum quia vitium intrusionis, & obinde penam inhabilitatis incurris. Tum quia non mereris ex delicto commodum reportare: & ita tenet expresse Rebuff. tract. de pacificis possessoribus. num. 18. Nauar. l. 3. consil. tit. de prebendis. cons. 41. in fine. in 1. edit. & in 2. tit. de Parochis. cons. 2. sine. Thom. Sanchez. l. 7. in decal. c. 29. n. 91.

2 At si beneficium bona fide possideas cum tamen legitimum titulum illius non habeas, est difficultas an hac possessio concedat tibi titulum: & ius ad beneficium, sicuti concedit possessio bonorum secularium legitimo tempore continuata. Videtur namque titulum ex tali possessione habere, sic Pontifice concedente in regulis Cancellarie, de annali, & triennali possessore. Nam in regula Cancellarie de annali possessore dicitur. Sanctissimus. D. N. vt improbi lites exquirentium motus reprimentur, voluit, statuit, & ordinavit, quod quicumque beneficium Ecclesiasticum tunc per annum immediatum precedentem pacifice possiderit, & quod certo modo vacare preterit, deinceps impetraverit nomen, gradum, & pobilitatem possessoris eiusdem, quotannis ipse possidet, & specificam, & determinatam, ex qua clarè constare possit, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius competat: causam in huiusmodi impetratione exprimit, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere, causamque ex tunc desuper infra annum vsque ad sententiam definitam inclusiue protestari debeat, & teneatur. Alioquin impetratio predicta, & quicumque inde secuta nullius existant similitatis. Et idem impetrans de damnis, & interese possessorem predictum propterea contingentibus satisfacere. Et si possessorem ipsum fruolè, ac indebitè molestare perpetus extiterit, quinquaginta florenos aut perfoluere cetera Apostolica sic aditum ius, nec alius, quam predicta vacationis modus etiam per litteras, si negari, si nulli, aut subrogationis vel alias tibi quoad hoc, vt huiusmodi beneficium ea vice consequi, vel obtinere valeat, quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosam propterea censeatur. Huiusque regula de annali possessore. Ex qua videtur colligi pacificam possessionem bona fide per annum

continuam ibi concedere beneficii titulum, siquidem impetratio, nisi ob specificam, & determinatam causam, ex qua clarè constet, quod nullum dicto possessori ius in beneficio competat: quod non videtur cum possessione bona fide coherere posse. Regula vero Cancellarie de triennali possessore citius hanc titulum concedit. Inquit enim: *Voluit, & ordinavit. Dominus Noster*, quod si quicumque Ecclesiastica beneficia, quacumque sint, absque simonia in egressu, ex Apostolica, vel ordinaria collatione, aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum, ad quos beneficium huiusmodi collatio, pronisio, electio, & presentatio, seu quouis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possiderit, dimmodo in beneficiis, si dispositioni Apostolica ex aliqua reservatione generali in corpore iuris clausa reseruat fuerit se non intruserit, super huiusmodi beneficiis taliter possessis molestari nequeat: necnon impetrationes de beneficiis ipsis sic possessis factas irritas, & inanes censeri debere decreuit: antiquas lites super illis motas penitus terminando. Cum igitur triennium pacifice possidentem prohiberet Pontifex molestari, & beneficia ab ipso possideat impetrare, videtur inferri ius ex tali possessione acquirere. ob quod iuste, & legitime possit beneficium retinere. Adde hanc titulum consequentem esse bono respública ad vitandas lites, & contentias possidentum pacandas. Ergo censeri debet Pontifex illum concedere, ea inquam, ratione, qua princeps secularis viucapione domina rerum confert: & ita tenet Azor. in triennali possessore. 2. p. instit. moral. lib. 7. c. 35. quæst. 9. & 9. cum Rebuffo tract. de pacificis possessoribus. num. 22. Nauar. lib. 3. consil. in 1. edit. tit. de prebendis. cons. 41. & 42. & in 2. edit. tit. de Parochis. cons. 2. sine. & tit. de prebendis. cons. 30. Thom. Sanchez. l. 7. in decal. c. 29. n. 80. & alij apud ipsum.

3 Nihilominus verius est reque annali, neque triennali possessori pacifico, & bona fide titulum beneficii ex possessione concedi. Et quidem annali possessori titulum non concedi est omnium sententia, & itadi Azor. 2. p. lib. 7. cap. 37. quæst. 16. Ratio ea est; quia in regula de annali possessore, neque exceptio à lite conceditur, neque impetratio prohibetur allegari causa specificata, determinata, & clara nullitatis: que certè esse potest cum ignorantia probabili possidentis, Quod enim oblat, quominus ante legitimum gratam beneficium affectus sit ignorant, vel cum alio iuridico impedimento, quod collationem clarè annullat. Ergo tali impedimento supposito, esse probabiliter ignorato, impetrari tibi beneficium potest. Ergo possessio annalis non concedit titulum.

Quod autem nec triennalis possessio titulum concedat aliis inhabilibus, & incapaci docet Rebuff. tract. de pacificis possessoribus. à numero 206. & videtur tenere Azor. 2. p. lib. 7. cap. 35. quæst. 1. in fine quatenus dicit ex vi regule triennalis possessoris solum decessit triennalem possessorem habilem, & aptum ad beneficia obtinenda. Ergo inhabilis, & incapax non defenditur, & consequenter nec titulus ei conceditur. Alias spiritus hæreticus, infamis, suspensus, irregularis recipiens beneficium, & pacifice per triennium possidens, possit in conscientia beneficium retinere, quod est absurdum. Ratio est: quia impedimentum canonicum obstat beneficii receptioni, & collationem annullans obstat etiam beneficii continuationi, & illius firmitati. Ergo collatio beneficii, que ob impedimentum recipiens nulla fuit à principio, nullum que recipienti titulum concessit, stante supradicto impedimento semper erit nulla, nullumque titulum concedit. Ergo inhabilibus, & incapaci nunquam conceditur titulus, neque prescriptio.

Verum quia successu temporis potest tolli hæc inhabilitas, eo casu defendunt plures triennalem possessionem titulum concedere, quia est possessio cum titulo colotato, continuata per tempus ad prescribendum sufficiens. Sed mihi verius videtur, etiam tali possessione titulum non acquiri. Quia supradicta regula solum prohibet, ne possessor triennalis pacificus molester litibus ibi, super huiusmodi litibus taliter possessis molestari nequeat: quod optime fieri potest, esto ipse teneatur cognoscere vitium suæ pronisiois, beneficium dimittere, aut dispensationem impetrare, sic Colmas per agmat. sancti. tit. de pacificis possessoribus. 2. p. triennio. & verbo molestari. Couarr. reg. possessor. 2. p. §. 10. num. 15. concl. 6. & 7. Azor. ubi non constans. 2. p. l. 7. c. 35. §. 3. Ex ratione iudicio, est efficax, quia beneficii titulus acquirit non potest aliter quam canonica institutione. cap. ex frequentibus. de institutionibus. & cap. 1. de regul. iur. in 6. Ergo prescriptio acquirit non potest. Ergo triennalis possessio titulum non concedit. Adde si triennalis possessio titulum concederet, & securum in conscientia redderet possessorem, non possit ordinarius à triennio possidente beneficium titulum exigere, & examinationi subiecto cum tamen contrarium multis probetur, quos referat, & sequitur Couarr. sup. n. 2. o. concl. 8.

4 Sed inquit, quem fructum annali, & triennali possessore ex annali, & triennali possessione consequatur? Respondet hanc potissimum consequi, nempe exceptionem aduersus quemlibet molestiam, & beneficium impetrantem. At qua diu sitimodè hic effectus obinetur ex annali, quam triennali possessione, ea de causa placet vtramque regulam explicare.

DE
CASTI
PAL
TO
II